

I

Clericos in sacris constitutos vel Regulares aut Moniales post votum solemne castitatis matrimonium contrahere præsumentes; nec non omnes cum aliqua ex prædictis personis matrimonium contrahere præsumentes.

II

Procurantes abortum, effectu sequuto. (n)

III

Litteris Apostolicis falsis scienter utentes, vel criminis ea in re cooperantes.

Excommunicationes LATÆ SENTENTIÆ nemini reservatae.

Excommunicationi latæ sententia nemini reservatae subjacere declaramus :

I

Mandantes seu cogentes tradi ecclesiasticæ sepulturæ hæreticos notorie aut nominatim excommunicatos vel interdictos. (o)

II

Lædentes aut perterrefacientes Inquisidores, denuntiantes, testes, aliasve ministros S. Officii, ejusve sacri

(n) *Procurantes..... sive ipsa femina, sive aliis, per se, per interpositas personas..... fœtu animato vel non..... quocumque modo, percussionibus, veneno, medicamentis, nimiis oneribus vel laboribus.....*

(o) *Soli mandantes seu cogentes plectuntur.*